



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilea Sacra Sive Episcopatvs Et Episcoporvm
Basileensivm Origo Ac Series**

Sudan, Claudio

Brvntrvti, 1658

13. Fridebertus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11463

114 Basileensium

*Anno
Christi
844.* lo præsidebat, Vvichardo Præsule
gaudebant Basileenses. Cùm vero
primus Sergij annus incidat in an-
num Christi 844. noster Vvichar-
dus, is esse nequaquam potest, qui
anno 948. Ingelshemensi Concilio
subscripsit, de quo infrà.

859. FRIDEBERTVS

Basileensis Episcopus.

XIII.

FRidebertus sive Fredebertus in-
ter alios Tullensis Concilij Patres
anno 859. ad gravissimas sacerdo-
tum ac Principum dissensiones tol-
lendas allaboravit, ubi proposita est
pacis instaurandæ & status Ecclesi-
astici ad meliorem normam redu-
cendi opportuna via, apud Baroni-
um tom. 10. Vetus item M.S. co-
dex Fridebertum vixisse tradit, Ser-
gio Pontifice, & Ludovico secundo
Impe-

Imperatore. Stumpfius verò, Ioan-
ne VIII. Nicolao I. Adriano II. Pon-
tificibus, Ludovico II. & Carolò
Calvo Imperatoribus. Ultimus Ser-
gio fuit annus 847. primus Adria-
ni 868. & Caroli Calvi 876.

*Anno
Christi
875.*

ADELINVS,

A V T
ADELVINVS.

Basileensis Episcopus.

XIV.

Basileense pedum tractavit Adeli-
nus, quo tempore sceptrum
Gallicum circumtulit Carolus II.
cognomento Calvus, qui imperij
capessiverat insignia 25. Decemb.
anno 875. fato inevitabili deponen-
da anno 877. Stumpfius asserit
Præsulem Basileensium Adelinum,
tempore Caroli Crassi, qui Carolo-
manno Calvi filio successit anno 881

H 2 impe-